Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nona. Et preparauit dominus pis
cem grandem ut deglutiret iona.
Et erat ionas in uentre piscis t
bus diebus et tribus noctibus noc
tibus. Et orauit ionas ad dnm
deum suum de uentre piscis et dixit
Clamauit de tribulacone mea ad
dominum et exaudiuit me de uentre
inferi clamauit et exaudisti uocem
meam. proiecisti me in profundo
in corde maris flumen circumde
dit me. Omnes gurgites et fluc
tus tui super me transierunt. Ego
dixi. abiectus sum a facie oculor
tuorum. Verumtamen rursum inde
bo templum sanctum tuum. Cir
cumdederunt me aque multe usq
ad animam meam. abissus uallaui
mi me. pelagus operuit caput
meum. Ad extrema montium des
cendi terre uectes concluserunt
me in eternum. Et sublleuasti de
corruptone animam meam. do
mine deus meus. Cum angustia
retur in me anima mea. domi
recordatus sum. ut ueniat ad te
oratio mea ad templum sanctum
tuum. Qui custodiunt uanitates
frustra. misericordiam suam dere
linquunt. Ego autem in uoce laudis
immolabo tibi. quecumque uouisti
reddam pro salute mea domino
Et dixit dominus pisci. Euome
illum. Et euomuit ionam in ar
Factum est
uerbum
II
domini ad ionam secundo
dicens. Surge et uade in niniue
ciuitatem magnam et predica in
ea predicacionem quam ego loqor
ad te. Et surrexit ionas et abiit
in niniuen iuxta uerbum domini. Et
niniuen erat ciuitas magna itinere
trium dierum. Et cepit ionas in
trare ciuitatem itinere unius diei
Et clamauit et dixit. Adhuc q
draginta dies et niniue subuer
tetur. Et crediderunt uiri nini
uite domino et predicauerunt ieiu
nium et uestiti sunt saccis ama
iore usque ad minorem. Et peuenit
uerbum ad regem niniue et sur
rexit de solio suo et abiecit uestimen
tum suum a se et indutus est sacco
et sedit in cinere et clamauit et dixit
in niniue ex ore regis et prin
cipum eius dicens. Homines et
iumenta et boues et pecora ne gus
tent quidquam. nec pascantur et
aquam non bibant et operiantur
saccis homines et iumenta et cla
ment in fortitudine et conuerta
tur uir a uia sua mala et ab iniq
tate que est in manibus eius. Qis
scit si conuertatur et ignoscat deus
et reuertatur a furore ire sue et non
peribimus. Et uidit deus opera
eorum quia conuersi sunt a uia
sua mala et misertus est deus super
malitiam quam locutus fuerat
ut faceret eis et non fecit. Et affli
ctus est ionas afflicione magna
et iratus est et orauit ad dominum
et dixit. Obsecro domine. Numq
hoc non est uerbum meum cum
ad huc essem in terra mea. Propter

137